JUS CIVILE ABBREVIATUM
REDACTUM
AD DEFINITIONES, DISTINCTIONES,
& Quæſtiones, clarè, & breviter definitas,
& ſingulos

INSTITUTIONUM,
SEU ELEMENTORUM
JUSTINIANI
PRINCIPIS

LIBROS, AC TITULOS, BREVITER ATQUE
perſpicuè perſequentes, & enucleantes.

AUCTORE

ANTONIO JUGLA, ET FONT,
Jur. Civ. Stud. nunc Jur. Civ. Doct. Canonici
Baccalaureo, &c.

VALENTIÆ:
Typis Franciſci Burguete, S. Inquiſit. Typog.
Anno 1775.

Se hallarà en la Libreria de Franciſco Navarro à la Lonja de la Seda.
Y en la de Felipe Girona en el Mercado.

AMICE LECTOR
JURISPRUDENTIÆ TYRO.

HUncce Libellum, (vel hanc, ſi mavis, definitionum, diviſionum, earumque rerum quæ pro principalioribus in jure habentur recopilationem) quem anno 1764. dum Juris Civilis initiator. Arnoldi Vinnii commentariis, meoque diſcendi deſiderio conſulerem ſcripſeram, typiſque cujuſdam Opimatis gratia niſus, quæ tunc temporis cum ejus vita, haud ſine dolore, mihi defecit, mandaveram, amicorum tandem præcibus in lumen nunc prodere ſtatui.

Nec te ita facilem, meique decoris inimicum dijudico, ut me

INSTITUTIONUM SEU ELEMENTORUM D. JUSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS

LIBER PRIMUS.

TITULUS PRIMUS.

DE JUSTITIA, ET JURE.

Quotuplex eſt Juſtitia?

DUPLEX. Univerſalis, & Particularis.

Quid eſt Juſtitia Univerſalis?

Quæ continet in ſe virtutes omnes, quatenus hæ conducunt ad perfectionem, & conſervationem civilis ſocietatis. Et inde ortum proverbium:

Juſtitia in ſeſe virtutes continet omnes. *Ariſt. 5. Ethic. cap. 1.*